



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 31. Diversæ Pauli V. Pontificis Constitutiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

Sæc. XVII.
A.C. 1608.

§. XXXI.

Diversæ Pauli V. Pontificis Constitutiones.

Bullar. Irrepentibus hinc inde corruptelis Pa-
Magn. Const. lus V. Pontifex Maximus discipline
Pauli V. Ecclesiasticæ vigorem conservare soli-
Bullar. Car- citus, varias hoc anno edidit Constitu-
meh. t. 4. tiones, & quidem die septima Januari inhibuit, ne Fratres Prædicatores pro obtainenda Magistri Generalis dignitate ad exterorum patrocinia recurrerent: cum autem Henricus IV. non modonum Ordinem militarem Beatissimæ Virginis de Monte Carmelo obtento Pontificis diplomate erexit, sed insuper Ordinem Sancti Spiritus ad Catholice fidei exaltationem etiam extra Francie Regnum diffundi cuperet, juratis vero præfatæ militiae statutis cautum esset, ne exteri in Milites reciperentur, hinc Pontifex die decima sexta Februarii ad Regis preces ejusmodi juramentum relaxabat: quo indulto fretus Rex, Alincurtio, suo apud Sanctam Sedem Ora- tori negotium dabat, ut suo nomine die decima quarta Martii hoc anno Ale- xandrum Sfortiam, & Joannem Antonium Orsinum ambos primæ Nobilitatis Romanæ Duces in Ecclesia Sancti Ludovici hujus Ordinis insignibus Ro-

mæ

mæ decoraret, quod & præstituta die Sæc. XVIL
cum ingenti pompa, præsentibus quo- A.C. 1608.
que novem Cardinalibus peractum est.

Præterea idem Pontifex Regi utpote
hujus Ordinis Administratori necessa-
ria vel utilia prospero Ordinis hujus Re-
gimini condendi vel immutandi facul-
tatem concessit. Die vigesima octava
Martii Monachis Fuliensibus Paulus V.
perpetuo jure indulxit, ut ipsi ceras, qui-
bus Agnus Dei imprimitur, præparare,
frattasque reficere valeant. Eodem
tempore Papa militiam Sancti Stepha-
ni, quæ sub Ferdinandi Magni Etruriæ
Ducis auspiciis Turcas & pyratas plu-
rimum insectabatur, novis privilegiis
præcipue circa annuas Pensiones Ec-
clesiasticas edito diplomate die decima
octava Junii decorabat. Pariter ea,
quæ jam antea Fratribus Augustinianis
circa sæcularium sepulturas conceffe-
rat, etiam ad Franciscanos in Indiis O-
rientalibus & Occidentalibus degentes
die vigesima quinta ejusdem Mensis ex-
tendit; Augustinianis autem severè om-
nem ambitum ad dignitates die quartæ
Julii interdixit. Sequenti die Pontifex
Fratribus de Mercede, ne Capuccinos,
aliosque strictioris Regulæ Religiosos
ad suum Ordinem recipient, inhibuit,
jussitque, ut Carmelitæ Excalceati, qui
ad eos transierunt, rursus ad suum Or-
dinem

Sæc. XVII. dinem redire compellerentur. Fulien.
A. C. 1608. sibus vero die decima quarta Augusti concessit, ut nova Monasteria de fœ Ordinariorum licentia, nullo aliorum cuiusvis Ordinis etiam Regularium requisito consensu construere valeant. De autem prima Septembribus declarabat, quod cujuscunque conditionis Mulieribus, quæ plura Monasteria Monialibus vel amplius per annum ingrediendi licentiam obtinuerunt, ea aliter ut non possint, nisi ut universim toties, non autem in singula ingredi valeant. Praeterea die decima quinta Octobris declarabat Pontifex, quod Cappucini sint vere Fratres Minores, etsi tempore Sancti Francisci instituti non fuerint. Denique motu proprio Carmelitarum exalceatorum Congregationem sub invocatione Sancti Pauli pro Missionibus obeundis erexit, dato desuper diplome die vigesima secunda Julii.

§. XXXII.

*Aliæ decisiones Pontificis auditoria
promulgatae.*

Decis. S. Con- Plura alia, quæ eo tempore circa Ec-
greg. Rit. clesiæ ritus vel Sacramentorum ad-
& S. Congr. ministrationem occurserunt, dubia a
Jud. & Sacris Congregationibus decidi præ-
Concit. pit Pontifex, & quidem die nona Fe-
bruarii